



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLVII. Papst Nicolaus IV. bevollmächtigt denselben, zu dem Ehevorhaben
des Markgrafen Johann von Brandenburg mit der Herzogin Eusemia von
Schlesien, die päpstliche Dispensation zu ertheilen, am 5. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

commoda procuramus, uolentes predicta scandala euitari, quia tu de facto et facti circumstantiis habere poteris notitiam plenior, discretioni tue, cum Ecclesia Brandenburgensis pastore uacare dicatur ad presens, presentium auctoritate committimus et mandamus, ut si premissis uerital suffragetur, et timeatur de periculis, que narrantur, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare; cum hinrico et Beatrice prefatis, quod impedimento non obstante predicto matrimonium in simul contrahere ualeant, et tandem in contracto licite remanere, auctoritate nostra dispenset, prout secundum Deum uideris expedire. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem, X kalendas Januarij, anno Quarto.

Nach einer Abschrift aus dem Vatikanischen Geh. Archive Epist. Nicolai N. 650 T. III. Anni IV.

CCLVII. Papst Nicolaus IV. bevollmächtigt denselben, zu dem Ehesorhaben des Markgrafen Johann von Brandenburg mit der Herzogin Eufemia von Schlesien, die päpstliche Dispensation zu ertheilen, am 5. Januar 1292.

Nicolaus etc. Preposito Ecclesie Brandenburgensis —. Petitiō dilecti filii nobilif uiri alberti marchionif Brandenburgensis nobis exhibita continebat, quod olim instigante pacif emulo, humani generif inimico, inter ipsum ac progenitores suos ex parte una, et dilectos filios nobiles uiros Polonie ac Slesie duces et progenitores eorum ex altera, graui guerrarum discrimina suscitata fuerunt, quorum occasione preter non modica dampna rerum, multa personarum et animarum pericula euenerunt, quodque postmodum inter nobiles ipsos pax et tranquillitas reformata, que ut nexu potiorif roborif confirmetur, utraque pars cupit, ut dilectus filius Johannes, natus eiusdem Alberti, et dilecta in cristo Eufemia, nata dilecti filij nobilif Viri henrici ducif Slesie, matrimonialiter ad inuicem copulentur. Set quia iidem Johannes et Eufemia se a quarto consanguinitatis gradu contingunt, non potest, impedimento huiusmodi consanguinitatis obfistente, partium ipsarum in hac parte desiderium absque dispensatione Sedis apostolice adimpleri. Quare idem marchio nobis humiliter supplicauit, ut super hoc de oportuno dispensationis remedio prouidere misericorditer dignaremur. Nos autem, qui salutem querimus singulorum, et libenter cristi fidelibus pacif incrementum, caritatis affectum et unitatem concordie, submotif impedimentif quibuslibet, procuramus, discretioni tue, cum Ecclesia Brandenburgensis pastore uacare dicatur ad presens, per apostolica scripta mandamus, quatinus, si tibi constiterit de premissis et euidens utilitas id exposcat, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, cum Johanne et Eufemia predictis, quod impedimento huiusmodi non obstante, matrimonium ad inuicem contrahere ualeant, et tandem in contracto licite remanere, auctoritate nostra dispenset, prout secundum Deum uideris expedire. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem, Non Januarij, anno Quarto.

Nach einer Abschrift aus dem Vatikanischen Geh. Archive Epist. N. 660. Anni IV.